

Kreis

Warburg

S. 110

1242.

[18]

Graf Volquin von Schwalenberg bekundet, daß Kloster Willebadessen zur Zeit des Propstes Gerhard und des Priors Heinrich den Zehnten in Mittel-Malceda (bei Horn) von dem Ritter Ludold von Elmeringhausen und von Hildebold von Vinsebeck für 23 Mark gekauft habe. Der Zehnt wurde dem Grafen als Lehnsherrn zurückgegeben; da er ihn aber selbst von der Paderborner Kirche zu Lehen hatte, so verzichtete er darauf in die Hände des B. Bernhard IV. und bekräftigte das durch Zeugen und Siegel.

Volquinus Dei gratia comes in Sualen[berg] universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. Cum memoria res fragilis ex omnibus partibus anime delicata, cum ad diversa se pretendat, rerum turbe non sufficiens, quamcumque utiliter gestorum oblivionem incurrit, necessarium est, sic deducere in pupplicum (l) pia gesta fidelium, ut adunationis ceteris proficiat exemplum et malignandi viam precludat ad-

hibitum rei geste plurium testimonium. Inde est, quod notum esse volumus tam futuris quam presentibus sacre fidei cultoribus, quod ecclesia in Wilbodessem, domino Gerhardo tunc temporis eiusdem loci preposito procurante necnon et domino Henrico ibidem priore, decimam in villa, que dicitur medium Malrede, a Ludoldo milite dicto de Elmeringhosen et Hildeboldo dicto de Vinsbecke pro tribus marcis et XX. comparavit. Idem vero Ludoldus, cum eandem decimam a Ludoldo milite dicto de Hildensem teneret in pheodo, eidem libere resignavit, qui a nobis tenens in pheodo nobis sine difficultate resignavit. Nos igitur cum iam sepe dictam decimam ab ecclesia teneremus Patherbornensi, ipsam ad honorem Dei domino Bernhardo quarto Patherbornensi episcopo resignavimus absolute. Ne vero nube oblivionis hanc ordinationem in posterum ulla ambiguitas possit involvere, hanc paginam presentibus honestis viris, qui huius rei testes, Lamberto in Svalen[berg] plebanio, Henrico sacerdote in Borchagen, Teoderico de Wiginghosen et Johanne filio suo, Johanne de Alvensen, Warmundo, Wernhero de Almingworthe et Wernhero Wernheri filio, Henrico Losen et aliis multis sigillo nostro iussimus communiti. Acta sunt hec anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XLII.

Orig. mit teilweise zerstörten Siegel.

Reg.: W. U. B. IV. nr. 315 (vgl. 318); auch Zeitschrift Bd. 47, S. 128.